Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

seminare semen suum. Et
dum seminat; aliud cecidit
secus viam et conculcatum
est, et volucres celi come
derunt illud. Et aliud ce
cidit super petram; et natum
aruit, qa non habebat humore.
Et aliud cecidit inter spi
nas; et simul exorte spine
suffocaverunt illud. Et ali
ud cecidit in terram bonam;
et ortum fecit fructum cen
tuplum. Hec dicens clama
bat. Qui habet aures audi
endi audiat. Interrogabant
eum discipuli eius; que
est hec parabola. Quib
ipse dixit. Vob datum est
nosse misterium regni dei;
ceteris autem in parabolis. ut
videntes non videant, et
audientes non intelligant.
Est autem hec parabola. Se
men est verbum dei. Qui autem
secus viam: hi sunt qui
audiunt, deinde venit diabo
lus et tollit verbum de
cordibus eorum, ne credentes
salvi fiant. Illa q super petram;
hi sunt q cum audierint
cum gaudio suscipiunt
verbum, et hi radices non
habent, quia ad tempus
credunt, et in tempore
tentationis recedunt.
Qd autem in spinis cecidit;
hi sunt qui audierunt,
et a solicitudinib et
divitiis et voluptatib
vite euntes suffocantur,
et non referunt fructum.
Qd autem in bonam terram;
hi sunt qui in corde bono
et optimo audientes verbum
dei retinent; et fructum
afferunt, in patientia. offert
Deficiat gressus meos in se
mitis tuis ut non moveantur
vestigia mea inclina aurem
tuam et exaudi verba mea mirifi
ca misericordias tuas qui salvos fa
cis sperantes in te dne. secret.
Intercedat qs dne hostias
familie tue; et
quam sacri munis facis
ce participe. tribue ad ca?
vendum placatum. com.
Introito ad altare dei ad deum